Declaratio Regulæ ſeu conſtitutionis, reuocationis, gratiarum Expectatiuarum, ſub Die. XVI. Menſis Maii, proxime præteriti publicatæ.



Digitized by Google

SAnctiſſimus in Chriſto pa ter, & dominus noſter Dñs Iulius, diuina prouidentia Papa. iii. Qui alias poſtq̃ gratias expectatiuas formis in ſuis deſuper æditis cõſtitutionibus cõtentis, diuerſis familiaribus continuis cõmenſalibus ſuis ſub Kal. Februarii Pontifi. ſui anno ſecundo, & deinde ſub diuerſis aliis Dat. diuerſas alias gratias expectatiuas etiã forſan ad tres collationes, & ad vnum ſeu plura beneficia generaliter, vel alias reſeruata ſeu affecta aut alias pariter, & contra formas conſtitutionum huiuſmodi diuerſis curialibus, & aliis etiã familiaribus ſui cõceſſerat, illaſq; forſan reualidauerat, & ad tertiã, ſeu alias collationes extenderat, ac illarum collationes mutauerat, per certam conſtitutionem ſuã, die ſexta decima Maii dicti Põtificatus anno quarto in

Digitized by Google

Cancellaria Apoſtolica publicatam in ter alia omnes,& ſingulas gratias nõ ta men expectatiuas iuxta formã primo dictarum conſtitutionũ expeditas, ac alias conceſsiones ad vacatura benefi-cia earũq;,ac quoad bñficia diſpoſitio-ni apoſtolicæ generaliter reſeruata ſeu affecta gratiarum expectatiuarũ hmõi reualidationes extenſiones & collatio-nũ mutationes quoad ea in quibus ve-re,& realiter,ac alias quam ex decreto in eis appoſito non erant effectum ſor-tite reuocauit & quicquid ſecus præ-textu ſic reuocatarũ eatenus factarũ & conceſſarum,ac quæ ex tunc in poſte-rum fierent & concederentur gratiarũ non tamen expectatiuarum,vt præfer-tur expeditarum poſt ſecũdo dictæ cõ ſtitutionis publicationem fieri contin geret irritum & inane decreuit. Et ad cuius notitiam nuper peruenit quod a

Digitized by Google

nõnullis etiam iuriſperitis hęſitatᵘ, An per huiuſmodi conſtitutionem dictæ gratiæ expectatiuę, & per conſequens illarũ reualidationes extẽſiones,& col⸗ lationum mutationes pręter & contra formas primo dictarum conſtitutionũ expeditę & expediendę ſolum quo ad beneficia reſeruata ſeu affecta,an in to tum reuocatę ſint, volens litibus & cõ⸗ trouerſiis occaſione præmiſſorũ oritu⸗ ris & iam forſan ortis obuiare, ac oẽm in præmiſsis hęſitandi materiam ampu tare declarauit mentis, & intentionis ſuę ſemper fuiſſe & eſſe, Quod per ſecũ do dictam conſtitutionem gratię expe ctatiuæ & illarum reualidationes extẽ⸗ ſiones & collationum mutatio nes tam eatenus conceſſæ quam ex tunc in po⸗ ſterum concedendę ſolum quo ad be⸗ neficia reſeruata ſeu affecta reuocaren tur. Quo ad alia vero in eis contenta tã

gratiæ expectatiuę, & illarum reualida-
tiones extenſiones & collationum mu
tationes quam proceſſus per illas habi
ti & habẽdi, ac inde ſequuta quecũq; &
ſequenda valerent & in ſuis robore, &
efficacia permanerẽt plenamq; roboris
firmitatem obtinerent, & ſuper earũdẽ
gratiarũ expectatiuarũ illarũq; reualida
tionũ, extenſionum & collationum mu
tationũ cõceſſionibus per Sãctitatẽ ſuã
eatenus factis & in poſterum faciendis
cum omnibus & ſingulis in eis conten
tis clauſulis literę apoſtolicæ alias iux-
ta huiuſmodi conceſſionum continen
tiam & tenorem expedirentur. Ac acce
ptationes, collationes, prouiſiones &
alię diſpoſitiones de aliis quam reſerua
tis ſeu affectis earundem literarum vi-
gore factæ & faciendæ validę & effica-
ces eſſent & effectum ſuum ſortirẽtur
in omnibus & per omnia perinde ac ſi

Digitized by Google

ſecundo dicta conſtitutio ab initio cũ hac expreſſa declaratione edita fuiſſet. Decernens ſic in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcũq; etc. etiã cauſarũ palatii apoſtolici. Auditores in Rom. curia vel extra eam in quauis cauſa & etiam primæ vel vlterioris appellatiõis inſtantia. Sublata etc. iudicari & diffiniri debere. Ac irritum, etc.

Placet publicetur & deſcribatur. I.

LECTA & publicata fuit ſupraſcripta regula Romæ in Cãcellaria apoſtolica. Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, die vero Sabbati. Tertia decima menſis Ianuarii. Pontifi. prælibati S. D. N. Papæ. Anno Quarto.

A. Lomellinus Cuſtos.

Digitized by Google